

suam operari, hacc ratione vocationem atq; electionem suam firmam facere.

Resp.

§. IV.

Demonstratum à nobis est , quod doctrina de absoluta Electione isti, qui eam recte perpendit , eçq; naturæ ejus conformiter utitur, doctrina vel ad securitatem , vel ad desperationem, adeoç revera ad impietatem sit. Jam qui ostendere vult, doctrinam, de absoluta Electione non esse doctrinam vel ad securitatem, vel ad desperationem, non sufficit, ab eo assiri, quod illum, qui naturæ absolutæ Electionis conformiter ratiocinatur , non oporteat, vel securitati vel desperationi se tradere, sed argumenta , quibus, aliter per naturam hujus doctrinæ fieri non posse , demonstravimus, solvenda ei sunt.

§. V.

III. Non est doctrina de absoluta Electione , l. c. p. 835. §. 87. contraria justitiæ divinæ. Porro, ait Roellius, nihil continet,, hæc de Electione & Prædestinarione doctrina quod contrarietur , justitiæ divinæ. Juste agit Deus, quod projure suo agit, Habet,, autem procul dubio summus atque any peui hynos Dominus ac Legislator jus gratiam faciendi reo, miserendi miseri, &, præter,, ac contra meritum ex indebito & liberrimo favore, ex misero,, modo se digno, & ad laudem gloriæ gratiæ suæ, beatum facien-, di. Ad id Deo neque sapientia, neç potestas , neç potentia,, deesse potuit. Ab altera habuit quoç jus exercendi adversus,, peccatores & reos justitiam vindicativam. Et quemadmodum ne,, minem actu damnat, nisi peccatorem & reum ; ita quoç non,, alios, quam peccatores & reos, damnare decrevit. Quale Dei,, judicium est in eventu , tale quoç concipi debet in decreto., Neque ergo reprobationem , salva Dei bonitate sanctitate , &, justitia, concipere possumus sine schesi ad peccatum & reatum,, ut actum absolutæ cujusdam potestatis, ubi pro ratione stet vo-, luntas, sed ut actum justissimi & sanctissimi judicis. Itaq; &

Opionis ac prædicti rationis id est reprobationis & damnationis